

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Albert Willebrand

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Albertus Willebrandt/ U.I.D.
... ad Exequias, quas Viro ... Dn. Laurentio von Münster/ Civi Urbis Primario,
Marito desideratissimo Moerore ac lacrimis mersa vidua parat, Omnium ordinum
Cives Academicos ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1663

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770493068>

Druck Freier  Zugang



Willebrandt, A.,
in
L. v. Münster.

Rostock, 1663.

5



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770493068/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770493068/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn770493068/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770493068/phys_0003)

DFG





PROGRAMMA

RECTOR
Quo

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

ALBERTUS Willebrandt /

U. J. D. Codicis Professor, ac Consisto-
rii Ducalis Assessor,

ad

Exequias,

quas

V I R O

Eximio & honoratissimo

D N.

LAURENTIO

von Münster /

Civi Urbis Primario,

Marito desideratissimo

Mœrore ac lacrimis mersa

vidua parat,

Omnium ordinum Gives Academicos
sedulò officiosèq; invitat.

• 6 (0) 5 •

ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr. Anno 1663.



Um plura alia præclarè sæ-
penumerò versat. Homo; tūm
nullā re , quæ magè divina
sit, occupatur, quām ubi mor-
talitatem suam cogitat , &
scit, in hoc natum utiq; lēse,
uti vitâ quondam defunge-
retur. Sanè enim

*Quicquid habet ortus, obitus
timet :*

Et licet discrimen aliquod inter nos nunc quidem for-
tuna, nunc potentia & opes, nunc virtus præstanti-
aq; animi faciant; hāc ferreæ tamen (ut ita loquamur)
necessitatis lege damnamur omnes, uti moriendum
tandem sit, excedendumq; theatro, in quo hactenus
egimus partes. Non mori proprium DEI est, & quas
secundo gradu DEUS posuit, mentium æternarum.
Quibus proximè nexæ animæ sunt nostræ; quas ut ad
sui imaginem condidit rerum opifex, sic immortales
etiam esse voluit. Nostri alia longè est conditio ; qui,
uti cæpimus, sic finimus utiq; inq; mortem & sepul-
chra non tamire, quām properare videmur. AB HAC
LEGE NEMO (quod dictum) EXCIPITUR. Eximii
cam in rem vel Gentilis MENANDRI isti sunt versus,
quos alibi Græcè adscribere meminimus; nunc ex ver-
sione daturi saltem latinâ sumus :

Novissē

*Novisse si vis, qualis aut quisnam sis,
Hominum sepulchra, dum peregrin is, inspice!
His ossa, pulvis atq; inanis clauditur
Regum, Tyrannorum & virum sapientium,
Superbientiumq; opibus & propagine,
Suâq; gloria atq; forma corporis:
Et tamen eorum tempori nil restitit.
Communis est DIS omnibus mortalibus.
Hec intuere, & discito qualis sis.*

Itaq; quemadmodum in bello bis peccare non licet,
sic hoc diligentius danda assidue est opera, uti præcla-
rè suprema ista obeamus, quod recte, nō nisi semel, obi-
ri possint. Et quid circuire mundū juvet, quid in omnē
naturam deniq; mentē oculosq; demittere, dum tuam
ipsius negligas, teq; mortalem nunquam cogites, &
moriendi artem condiscas minus? Magnam laudem ha-
bet, non ignorare, quæ nescit vulgus; levareq; altius
mentem, quam enititur turba: Sed hic doctissimus o-
mnium, & sapientissimus fuerit, qui probè hanc dis-
ciplinam calleat, ut nunquam non latus & hilaris, & ple-
nus optimæ spei fatum suum possit excipere. Non
fugiebat hoc LAURENTIUM nostrum: recogitabat
enim & vices rerum, & rotam fortunæ volubilem; &
hominem esse sese nunquam obliviscebatur. Neq;
quicquam hactenus didicerat magis, quam ut mortem
pulcre oppeteret; quod in extremo præcipue vitæ ar-
ticulò probatum clarissime civit. Nos nec præterrem,
nec præter receptam consuetudinem facturi videbi-
musr, si de VIRI vitâ obituq; nonnulla, pro ultimo ejus
honore, commentemur. Natus est igitur hic ROSTO-
CHI, Anno 1619. ipsis KL. Novembr. Patre DN. CHRI-
STIANO von Münster/ Cive primario, Centum-Viro,

ac Ædis Nicolaitanæ Præfecto: Matre verò DOROTHEA Reders/eximiâ planè, & virtutibus ornatissimâ Fœminâ. Avus eipaternus fuit honoratissimus VIR HINRICUS von Münster / Sedecim - Vir, ac Mariani Templi Præpositus per annos sic benè multos fidelissimus. Avia paterna, singulari pietate ac sanctimoniam, MARGARITA Sächtings. Avum maternum habuit LAURENTIUM Reders / Givem ac Cerevisiarium; ipsum quoque Ædis Nicolaitanæ Præfectum præclarè merentem. Aviam maternam CATHARINAM Flints; nulli sexus sui secundam. Ulterius prosapiam ducere nil attinet; & verò nec præscriperunt de reliquis Majoribus plura, qui suppeditare cæteroqui debabant. Quùm Baptismo lotus, ac per eundem novâ creatura, regniq; DEI certissimus heres factus esset, ac dein temporis ratio unquam videretur passura, adsuefecit lese, ductu piissimorum Parentum, omni virtuti ac morum elegantiæ, quæ tantò in ipso paratior erat, quantò indoles ei aut natura contigerat felicior. Animadversa quoque in homine mens à studiis literarum non alienior: idcircò VIRI Clarissimi DN. M. EOWALDI Nieben / Scholæ oppidanæ p. t. Rectoris, curæ atque informationi commissus est; sub cuius moderamine ductuq; eò etiam profecit usque, ut non saltem, quæ vellet, latino sermone sic satis commodè eloqueretur; verum etiam Græcæ linguae, quin Logices R̄hecoricesq; præcepta probè calleret; adeoq; jam qui in Academias, provehendorum in amplius studiorum gratiâ iret, judicaretur esse dignissimus. Lecta abs parentibus est REGIOMONTANA illa, in quâ per aliquot annos non licenter aut luxuriosè, more juvenum, sed ita vixit, ut omnium Bonorum, Professorum præcipue,

præcipue, favorem atque benivolentiam ex facili mereretur. Revocatus à Suis tandem in patriam, non minus laudatè ibi quoque vixit, nec segnius quæ ad Philosophiam atque Theologiam (his enim literis jam apud *Regiomontanos* se manciparat) pertinere viderentur, executus est. Cæterum deserere stationem tandem, eq; Civium Academicorum ordine, in oppidanorum digredi numerum visum est. Adeoq; quùm, isthoc vitæ genere, de constituendâ familiâ cogitandum utique foret, DEO ita disponente, parentibusq; omnino volentibus (notent qui absque horum consensu, coniubia impii quasi furantur) adscivit sibi Anno 1652. 15. Octobr. elegantissimam Virginem CHRISTINAM, grandævi jam Senis, optimiq; Civis ac Viri, MARTINI Sanders filiam. Qui torus concorditer pacificèq; semper stetit, nullaq; quam amorū ac mutuæ benivolentiae certamina vidit; sed nec illiberis extitit, ut ex quo CHRISTIANUS filius, binæq; Filiæ, CHRISTINA & MARGARITA nascerentur; omnes per DEI gratiam superstites, desideratissimiq; parentis ex funere, quantum capere atas queat, mæstilugentesq;. Centumviratu quùm insigniretur, jam est pridem. Quem ita gessit profectò, ut non tam honorem exinde sumfisse, quam ipse potius dignitatem isti ordini intulisse videretur. Cæteroqui paterfamilias hoc pacto administravit rexitq; domum, uti luculentissimo exemplo foret, quod universa ista sequeretur. A concessionibus sacris nunquam, nisi morbo fortè impeditus, abesse visus est. Verenda illa atq; divina S. Cænæ mysteria participavit frequentissimè. Domi sacrorum quicquid poterat librorum & conquisivit, & lectavit

tavit studiosissimè ; & cæterο qui nihil omnino o-
misit earum rerum, quæ sanctissimo pietatis exercitio
servituræ esse crederentur. In primis D N. ARNDII,
maximi temporibus nostris pietatis Magistri, cœlestes
de vero Christianismo libros , plus vice simplici, inu-
sitatāq; industria pervolutasse accepimus. In cæteris
rebus prout mirè alienus ab omni ostentatione erat,
nihilq; omnino simulabat ; ita eum morem in divinis
maximè detestabatur. De sobrietate hominis ac tem-
perantiâ dicendum non est, quæ hodiè inter virtutes
vix tenet locum. Nec de candore etiam , quem pleriq;
nunc pro ruditate atq; inscitiâ habent. De liberalita-
te autem silendum est minimè, quæ eximia in VIR O
fuit , usq; adeò , uti quos opis suæ indigos , aut per
temporum diritatem suis involutos fortunis novisset ,
largiter sublevaret, nec , qui ex eorum numero, ædes
fortè suas adcursitarent , unquam inde eos abire ina-
nes pateretur. Ante mensem corripi morbo cœpit ,
eoq; gravi maximè, ardentiq; : Itum statim est obvi-
am, accersitusq; VIR Experientiss. & Excell. D N. JO-
ANNES BACMEISTERUS, Med.D. Profess. ac Polia-
ter; Collega noster svavissimus; sed nequicquam :
Enimvero vis morbi & omni medicamine , & ipso et-
iam Medico valentior fuit. Cogitare itaq; Äger de
medicinâ animæ cœpit , ut quæ nunquam fru-
straretur , aut spe quenquam excidere faceret.
Petuit igitur per Rev. & Clariss. VIR U M, D N. M. JO-
ANNEM STEINIUM, Pastorem Nicolaitanū, ac R. Mi-
nisterii venerabilem Seniorem , ultimo viatico instrui;
quo sumpto decretoriam illam horam (adeò res vale-
tudinis cotidiè in pejus ibant) singulis momentis in-
trepi-

tr̄pidus planè infractusq; exspectavit. Quam cùm
jamjam ad futuram , seq; per eam ipsam exemptum re-
bus humānis, D E O atq; æternæ felicitati traditum iri,
animadverteret, commonefactus ab circumstantibus,
uti C H R I S T U M , crucifixum illum, ne obliscere-
tur, fixum animo constanterq; retineret; mente et-
iamnum sibi bellè constante, sublatis ad cælum mani-
bus oculisq; respondit; omnino se id facere. Orati-
ones precesq; atq; insigniora divinarum literarum o-
racula voce , quæ intelligi satis quiret, recitavit & ipse,
& præeuntes jacenti verba sæpè occupavit, subsecutus
est semper; superq; iis mirificè erigi, & quodam veluti
gaudio gestire cœpit. Nam sicut per omne vitæ tem-
pus, D E I (quod supra monebamus) reverentissimus
semper fuit; Ita appetente jam fine, serio sibi tenen-
dam pietatem existimabat, abs quâ præcipua salus &
felicitas nostra, quæ obitos maneat, expectanda unicè
arcessendaq; sit. Finem vivendi fecit die hujus Julii
mensis X. tertiam quartamq; inter meridianam; qvum
vivus XLIV. quasi fecisset annos. Cùm jam itaq; nil
superstitet aliud, quām ut solenni more componantur
reliquæ, vestrum fuerit, CIVES ACADEMICI, fre-
quentes ad obeundam istam provinciam convenire,
& hoc ipsum Eximii VIRI funus cumulatissimè exequi.
Declarabitis eā in parte cùm quām verè de ejusdē vir-
tutibus existimetis , tūm etiam quām observantes &
studiosi erga superstitem esse familiam annitamini
Quod si inter eundum & vestram ipsorum salutem So-
spitatori D E O commendaveritis , & verò etiam
pro relictæ viduæ / quæ gravissimā etiamnum valetu-
dine attinetur) in eolumitate , servandoq; adfictissimis
libe-

liberis hoc altero ad minimū solatio, vota precesq; fu-
deritis, rem utiq; facietis nō tantū nobis vehemen-
ter gratam, sed pietati quoq; Christianæq; cha-
ritati quām maximè conformem.

P. P. sub sigillo Rectoratus, die 28. Julij.

Anno CIC LCC LXIII.

Convenietur in Æde B. NICOLAO
sacrâ horâ I. pomerid.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770493068/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770493068/phys_0013)

DFG





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn770493068/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770493068/phys_0015)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770493068/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770493068/phys_0016)

DFG

trepidus planè infractusq; exspe-
jamjam ad futuram , seq; per eam
bus humanis, D E O atq; æternæ
animadverteret, commonefactu-
uti C H R I S T U M , crucifixum
tur, fixum animo constanterq;
iamnum sibi bellè constante, sub-
bus oculisq; respondit; omnino
ones precesq; atq; insigniora di-
racula voce, quæ intelligi satis q
& præeuntes jacenti verba sæpè
est semper; superq; ius mirificè ei-
gaudio gestire cæpit. Nam sicut
pus, D E I (quod supra moneba-
semper fuit; Ita appetente jam
dam pietatem existimabat, abs
felicitas nostra, quæ obitos man-
arcessendaq; sit. Finem vivendi
mensis X. tertiam quartamq; int.
vivus XLIV. quasi fecisset annos
superstitet aliud, quām ut soleni
reliquiæ, vestrum fuerit, CIVE
quentes ad obeundam istam pro-
& hoc ipsum Eximii VIRI funus
Declarabitis eā in parte cùm quā-
tutibus existimetis, tūm etiam
studiosi erga superstitem esse
Quod si inter eundum & vestram
spitatori D E O commendave-
pro relictæ viduæ / quæ gravissi-
dine attinetur) in eolumitate, se-



nam cùm
emptum re-
aditum iri,
stantibus,
obliviscere-
mente et
lum mani-
e. Orati-
erarum o-
avit & ipse,
subsecutus
dam veluti
e vitæ tem-
entissimus
sibi tenen-
ua salus &
anda unicè
hujus Julii
nam; quām
m itaq; nil
ponantur
MICI, fre-
onvenire,
mè exequi.
ejusdè vir-
ervantes &
annitamini
alutem so-
erò etiam
am valetu-
dicitissimi-
libe-

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. 032

Patch Reference numbers on chart

Inch (in)

mm